

Confessionario; piddi bensì, che la detta Giovane inclinò la testa con il segno di sì, Unde quiquid sit, an Testes illi in Contractu adhibiti sufficienter concordent in verbis explicativis consentium, hoc unum certum est, ipsos contestes, esse quoad nutum succedentem verbis Matrimonialibus à Viro prolatis, quod sufficit, ut ab eorum depositione emergat periclitio contractus in forma de Jure requisita, ut scire in terminis firmavit Rot. cor. Casare de Grassi dec. 5. sub n. 2. §. Non obstat. il. 2. de Sponsal. & in consimili contestualitate Testium, quoad signum affirmativum ad substantiam facionem Testamenti dictum fuit in Romana Testamanti 20. Febr. 1693 §. In presentibus cor. bo. me. Emerix, & 15. Febr. 1694. Nec contravenit volunt. cor. R. P. D. meo Muto.

Nec ad adendum fidem Testium juvit allegare, vel Rotundum propter nimiam situationis distantiam intelligere minime potuisse verba consentium, & advertere ad illius signa, vel esse suspensum de mendacio, ex quo asserat se in Ecclesia forsitum advenisse, cum tamen aliunde probari conte nantur ipsum esse propositum ad interessendum contractui iussu requisitum; Nam quoad presentiam Rotundi in actu explicativo consentium vana est concertatio, dum, ultra ipsius, & Dominici Brogi depositionem, concurrat in hoc puncto ipsamet Attestatio Parochi Sum. Francisci n. 6. litt. B. & quod fortius stringit, idem facta fuit ipsamet Helena in sua depositione in Criminalibus, ibi dicto Francesco Jozzi alla presenza del Parochiano, & di due Huomini, che stavano in Chiesa da me non consenti, disse, fuisse Testimonia, che lo piglio Elena &c. quomobrem, cum Mulier ipia fateatur Testes fuisse actui presentes, incasum proponitur argumenta contractui veritati ab ipsamet judicialiter confessata, contra quam, eam amplius disputare non posse, vulgata Juris est propositio de promissa à noto textu, quod semel placuit De regulis Jur. in 6. exornato per Rot. in dec. 4. 17. n. 1. §. leg. p. 19. rec.

Suspicio vero mendacii, quam depositioni Rotundi impingere conabantur Defensores Helenzæ, etiam si subsisteret in facto, cum tamen veretur circa accidentalia, cum nihil conferat ad Contractus formalitatem, vel perfectionem, an studiosè, vel forsitum in Ecclesia permanerit, substantiam ejus depositionis non vitiat, ut optime ad propositum tenuit Rot. cor. Casare de Grassi dec. 6. n. ult. De Testibus in recent. dec. 475. n. 9. part. 13. Hæc enim est favorabilitas Matrimonii, ut ad assumptum illud probandi admittantur Testes qualescumque sint adversariè ad intentum impugnationis illius, ut consulerunt Marzar. conf. 17. nu. 16. Torniol. conf. 54. nu. 4. 8. Unde adversus Testes pro Matrimonio deponentes, exceptiones personales minus urgent, nec eis fidem minuunt ad notata per Mascard. de probat. Concl. 1023. num. 15. Sanch. de Matr. lib. 3. disp. 41. num. 5. Gurtier. eodem tractat. cap. 44. nu. 68. Barbof. ad Concl. sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimon. num. 221. & Panimoll. decif. 19. adnot. 2. num. 40. & 44. minisque eis obstitit, quod in formalitate verborum discrepant, dummodo convenient in substantia, ut firmat Palma Senior Conf. 85. num. 35. quia pro illorum concordia omnis favorabilior interpretatio per ea, quæ tradit Rot. coram Gregor. dec. 239. & coram Coccin. dec. 172. nu. 2.

Regulæ autem præfatæ vitari non possunt sub prætextu, quod agatur de Matrimonio Claudefino, in quo ad probationem requiruntur Testes omni exceptione majores; siquidem nullibi verificari potest in nostra controversia, qualitas Claudefinitatis, quæ solum urget in illis, quæ contrahuntur sine præsentia Parochi, & Testium, non autem in celebratis coram Parocho, & Testibus in propria Ecclesia Parochiali, ut egregiè ex oraculo Pontificio, & ex mente Sac. Congregationis sibi explicato per Cardinalem Lancelotum tunc temporis Præfatum refert Card. Bellar. Epist. 136. quam registrat Pignatell. tom. 4. Consult. 145. nu. 12. Ultra quod qualitas Claudefinitatis stringit solum quando concurrat præjudicium alterius Matrimonii; Sed quoties agitur de probando ipso Matrimonio, etiam si Claudefinitas, non requiruntur Testes omni exceptione majores, nec probatio plenissima, fed sufficit ordinaria juxta individualement dec. 173. num. 15. part. 4. divers.

Et ex eisdem rationis efficacia minus obesse videbatur quod Borgius in depositione Criminali videretur sibi ipsi contrarius, dum absolute negavit non sentiri, che la suddetta Giovane, ne avanti il Parochiano, ne avanti noi

altri diceffe cosa alcuna, quando in Processu Civili firmiter a steruit la Giovane disse non so che parole, che io non le potei sentire, perche il Paroco cominciò à scripiare, quia nulla Contrarietas inter duas dispositiones considerari valet dum in ambabus affirmavit non audivisse verba; Licet autem in Civili distinctus rem explicando, dixerit, Puellam quædam verba protulisse ab ipso non audita, Puellam quædam non protulisse, quia in hoc puncto forsan in Criminali non protulisse, non perinde tam contractio interrogatus non fuit; quinimo una depositio alteram storia deponere non dicitur, quinimo uno auditorum 9 supplet, eis convenientibus in subiecto non auditorum 9 verborum à Teste; quæ conciliatio foret, ita fortis iuni materia indifferenter ampicenda foret, in qua peculiare est, Testes conciliati inter se, & in se ipsis, ad sentium Rotæ coram Caputag. decif. 270. nu. 7. & 8. part. 3. quia sufficit Testes, & depositiones in substantia, concordare super consentium, & Matrimonio inito, non attenda discrepantia 10 in formalitate, seu cortice verborum, & aliis accidentalibus, Dec. Conf. 163. num. 1. vers. 15. Ferrer. Conf. 86. num. 8. & Rot. in recent. decif. 375. nu. 5. part. 11. & dec. 40. num. 2. par. 16.

Minuque ad exclusionem consentium prælitati, & de quo Testes Matrimoniales deponunt, iustragari vix sunt depositiones duorum puerorum, qui in Ecclesia Parochiali intervenerant, excludere fatagentes consentium Helenzæ verbis, & nuru; Nam præter defectum ætatis, cum de tempore rei gestæ impubes essent, qui ipsos arceat à potestate testificandi contra Matrimonium, ad firmata per Ventrig. in praxi sub titulo de Testibus in Causa Matrimoniali par. 2. adnot. 3. §. Tertio nu. 31. Seraphin. de Jurament. privileg. 83. num. 38. vers. Dum tamen sit major 14. annis, & dixerat Soccin. Junior Conf. 29. num. 14. vers. cum respectu ætatis, lib. 2. Summo preter stringebat responsio elicta ab eorum depositionibus, quia neuter illorum coarctat negativam, ita: removeat sentium ab actu, sub ea præcisa necessaria forma, ut Mulier loqui, vel annuere potuisset, quin uterque actum consentium vidisset, adeoque non probant negativam adversus Testes positivè de Matrimoniali consentium deponentes, ut in proposito animadvertit Surd. conf. 414. num. 48. & 49. & confert optimum consilium Farinac. 97. num. 2. & 3. lib. 1. & idem Farinac. de Testib. quest. 65. num. 228. & Rota coram Coccin. decif. 167. num. 1. & dec. 226. num. 14. & utrobique Concordantes.

Demum minoris relevantiæ agnita fuit ad destruendam probationem consentium ex Testibus sententia Criminalis in Tribunali Eminentiss. Vicarij lata, ex eo præcipue fundamentum, quod non confatere de Helenzæ consentium, quæ cum in Judicium transiverit, præferrebat, ut faciens in hoc puncto de albo nigrum, & probationem in contrarium non admittens, donec revocetur, vel saltem à Principe facultas obtemperare fuerit super illius revisione; quoniam ad objecti remotionem occurrere illud firmissimum principium Canonium, quod sententia contra Matrimonium, nunquam transire dicitur in Judicium ad Textum expressum in cap. lator. de sentent. & re Judicata, ubi Canonice omnes communitate fusc relati per Sanchez de Matrimon. lib. 7. disp. 100. num. 1. Idque potissimum, quia sententia, de qua res est, lata fuit in Contumaciam, & in Judicio Criminali. Unde præjudicare non potest Judicio Civili Spiritualis Matrimonii Rota decif. 175. num. 1. & decif. 145. num. 1. impress. post secundum volumen Consiliorum Farinacii & cor. Carr. decif. 5. num. 228. & decif. 250. num. 13. & 18. part. 16. recent. eo maxime, quia in præsentibus hypothetici Sanctissimus diffinixit Judicium Criminale à Judicio validitatis Matrimonii, dum firma manente pœna, mandavit cognitionem validitatis Matrimonii disjungi à Sacra Congregatione Concilii. Sicque in necessarium fit consequentiam, præsentiam rem Judicatum, ac præsumptam confessionem resultantem ab annali contumacia, operari quidem posse ad effectum criminalem, non vero quoad separatum Judicium Civile, & in puncto validitatis Matrimonii, ut bene protestatur citata Decisio 250. num. 13. & 18. part. 6. recent.

Stabilia ex præmissis probatione facti circa nutum consentium explicativum, methodice procedendo ad punctum illius relevantiæ, ille pro sufficienti habitus fuit ad designandum consentium in contractu Matrimonii necessarium, quia, cum in Jure nulla sit, præsertim ex parte Mu-

Mulieram, præscripta forma præcisa, & signata præstationis consentium ad essentiam Matrimonii, sed requiritur tantummodo consentium explicativum quoquo modo exprimat, ut ex text. in 6. cum locum cap cum adduc. & c. Tue de sponsal. probat Romague. ad Synodum Gerundensem lib. 4. tit. 1. nu. 4. 5. Rot. in recent. decif. 74. n. 2. vers. Nulla enim part. 4. decif. 30. num. 2. part. 11. ita explicatio, sive fiat mediatis verbis, sive per alia media consentium de notantia, æqualiter proficit; ideoque in Schola Canonistarum, & Theologorum communi calculo receptum est, consentium matrimoniale æque præstari posse per verba explicativa, ac per signa, & nutus consentium significantiæ, etiam in illis personis, quæ aliis loqui valent, ut pluribus cumulatis Testibus, atque explicata ad hunc germanum sensum litera cap. Tue de sponsalibus relictique Hofienf. ibid. num. 3. Butr. num. 8. Abbat. num. 2. & aliis antiquioribus ex professo substatinet Fagnan. in eodem cap. Tue. nu. 22. uque ad finem de sponsalibus idemque tenet Barbof. in eodem cap. num. 2. ac plenissime Lap. allegat. 58. & num. 10. Barbat. conf. 6. à numer. 26. lib. 1. Gemianin. conf. 61. in princip. Aretin. conf. 13. ubi de consuetudine Soccin. Junior conf. 29. num. 2. lib. 2. & post Concilium Trident. Covarruvias, qui ipsi Concilio interfuit in Epitome ad 4. decretal. part. 2. cap. 4. numer. 1. & seqq. & egregiè Zabarella in cap. Tue fraternitati circa finem de sponsal. & matr. vers. Ex quo enim Sanchez de Matrimon. lib. 2. disp. 31. num. 5. ubi refert hanc esse Sententiam Div. Thomæ, & omnium Theologorum, quos in maximo numero allegat Guttier. eodem tract. c. 46. num. 8. Ponc. lib. 2. cap. 6. Boif. cap. 3. §. 14. num. 36. & 44. Cevall. quest. 304. num. 25. Pilia decif. Canon. lib. 2. n. 4. de Angel. de confession. lib. 2. quest. 6. num. 9. Cardin. de Luca in annotat. ad Concl. disp. 26. num. 28. §. Minus & de Matr. disp. 2. num. 14. & ex Theologis ex professo substatinet. P. Maranus tom. 3. quest. 52. & 55. utrobique num. 5. clar. mem. Card. Capizacch. contro. 1. §. 29. vers. Urgeri potest, Meander in moralibus tom. 2. tract. 9. quest. 21. 22. Francisc. Molina. de Ritu nuptiar. lib. 1. comparat. 3. nu. 64. & seqq. ubi, quod omnes ferè Theologi ita tenent.

Et omnem subtilitatem in articulo difficultatem spectabilis Auditoris Anastasii Germonii, qui ex mente Sac. Concilii Tridentini in tractatu de Sacror. Immunit. lib. 3. cap. 21. nu. 48. singulariter ad propositum concludit his verbis Quare Sancti Patres in Cathedris ad Parochos ex Tridentini præcepto edito dixerunt Verborum loco, tum nutus, tum signa quæ intimum consentium aperte indicant satis ad matrimonium esse posse, quinimò, & ipsam taciturnitatem, cum Puella propter verecundiam non respondet & de facto habemus legem expressam in ipso Cathedris Romano de ordine jusdem Concilii edito sub titulo de Sacramento Matrimonii numer. 7. ubi quod nutus, sive alia signa consentium explicativa sufficienter ex parte mulieris ad designandum consentium, ut ibidem disertis verbis recognoscitur potest.

Quo quidem fundamento retento, haud mirum est, quod nostrum Tribunal semper, & inconcusse tenuerit, opinionem nutibus favorabilem, firmando, quod, in materia Matrimonii, licet inter instrumenta explicativa consentium, verba principem locum teneant, excludi tamen non debent signa, quæ æque eundem assensum explicare valent, ut, omnis Antiquioribus, videre est coram Rejas decif. 431. n. 1. & inter recent. decif. 259. n. 1. p. 3. decif. 74. num. 2. ante medium par. 4. decif. 264. nu. 5. part. 5. decif. 124. num. pariter 5. & 13. p. 7. decif. 189. num. 4. p. 8. decif. 301. n. 2. p. 11. & dec. 312. n. 3. p. 13.

Quæ, si ex parte Mulieris semper vera sunt, etiam in casu simplicij, multò fortius legale applicationem sortiuntur in themate, in quo unus ex contrahentibus jam explicaverat nutum consentium per verba; & per viam affirmativa connotant verba prolata, & tunc viam affirmativè reponsonis eis inhærare dicuntur, maxime in mulieribus, quæ ex verecundia in eo actu magis approbant præcedentem Viri consentium nutibus, quam consentiant verbis; ideoque in eis signa affirmativa uti consuetivè habentia ad explicatum viri promissionem, citra controversiam suffiunt ad contrahendum matrimonium de præsentibus, ut de constanti Theorica, & praxi opinione testatur Fagnan. veratissimus in materia Conciliarij, in qua prius sub Avunculo Secretario educatus, eidemque in munere subrogatus in cap. Tue Fraternitati de sponsalib.

& matr. num. 15. vers. Declaratur tertio Sanch. de Matr. lib. 2. disp. 31. numer. 5. Pont. eodem tract. lib. 2. cap. 7. num. 5. & sequent. Caltronal. Oper. moral. part. 5. disp. 2. punct. 8. num. 6. & de mente Sac. Congregationis retort. Card. Bellarmin. in notis ad Sac. Concil. Trident. sess. 24. cap. 4. de reform. matr. verbo Mutuo consensu & altere Cardin. de Luca de matr. disp. 2. num. 12. & concordant Lopus d. allegat. 56. num. 17. vers. sed quando Barbat. conf. 6. 21. numer. 27. lib. 1. Tusch. verbo Matrimonium Concl. 121. num. 11. 12. ubi in fortioribus terminis & Rot. decif. 154. n. 5. & 13. p. 7.

Nec attendenda est limitatio, præfatas theoricas locum sibi vindicare solum, quando contrahitur matrimonium in Parentum presentia, in quorum conspectu Virgines ruboræ suffusa edo facilius verecundantur, eisque verbis impeditur explicare consentium, id inferendo ex gloss. in cap. Si inter. 31. de Sponsal. & ex text. in cap. Honorantur 9. 32. in fine; Etenim positio dictæ glossæ non restringit themata questionis ad presentiam limitatam Parentum, sed ampliative tantum de illis loquitur per ea verba; nam multa propter verecundiam annuum potius quam loquantur, maxime presentibus Parentibus, & cum iidem terminis loquitur Aveman. de Jure connubial. lib. 1. tit. 6. post. 4. num. 1. & Fagnan. in cap. Tue Fraternitati vers. Nam Muliere; ideoque à Casu ampliativo non excluditur positivus, qui extra presentiam Parentum ex aliis rationalibus Causis evenire possit, pro qua in casu, satis considerabilis est indignatio, & exclamatio Parochi à qua Puella perterrita, verba consentium forsan exprimeret non valuit; sicque rationabilis, & iusta subest Causa verecundia, quæ ad fomentum nutus à DD. consideratur; ut bene observat Marcant. allegatus à Defensoribus Helenzæ in Theatro Sacramentali post tom. 3. casu 3. in summa totius responsonis fol. 33. vers. Nec credo; ubi verecundiam validatum nutus admittit in casu necessitatis, angustia, vel Causa multum rationalis, qualem profectò esse puella perhorrescentiam de Parocho indignato, & exclamante rei ipsius natura, & proprietates demonstrat.

Licet autem non desint Authores, qui in terminis rigorosis contra sensum Cathedris, & Universalem Ecclesie consuetudinem & Sac. Congregat. Concilii mentem firmare satagant nutus etiam ex parte Mulieris sufficienter non explicare consentium (inter quos tamen immerito allegatur D. Thomas, prout ipsum vindicando, advertit Covarruvias ad quartum Decretalium part. 2. cap. 4. num. 1. vers. Nec Thomas contrarium asserit) tamen eorum opinio, vel parvi pendenda est in consuetu toto insignium Canonistarum, de quibus supra satis longum reteximus Cathalogum, vel explicanda venit quoad modum aptiorem, & magis securum, certò certis consistentem in verbis, non tamen exclusivè ad minus aptum residentem in signis, prout in hoc sensu Covarruvias nuper citatus, firmat tenuisse Div. Thomam, & clarè ita se ipsum explicat Ledesma de Matr. in Addit. ad 3. part. quest. 45. art. 2. lit. A. §. His non obstantibus vers. Secunda Conclusio, aut intelligenda est in iis terminis; in quibus, nulla data præordinatione Matrimonii, ex abrupto renatere matrimonialis contractus inter personas incognitas, nullò præcedente tractatu, vel amore, vel demum quævis solum faciunt in signis, & nutibus æquivocis à quibus indubitate, & præcise contrahentium voluntas desumi non valeat, admittit tamen opinione nutibus favorabili in signis certis, & æquivocis sub quo themate loquitur Abb. in cap. illud quoque numer. 3. de præsumpt. ubi de signis æquivocis famigeratus Bartholomæus Camerarius in cons. matrimon. impresso post Consilia Zabarelle num. 14. nostram diffinitionem firmat: & de iidem signis æquivocis loquitur Marcant. in Tribunal. Sacrament. post tom. 3. casu 4. de Sacram. matr. vers. signa æquivoca & assumpto nostro favet in casu 3. vers. 2. & in his terminis loquuntur quotquot in proposito allegabantur; & hæc retenta distinctione, discrepantes opinionibus conciliat Tamburin. Oper. moral. lib. 8. tit. 4. cap. 3. n. 6. & Card. de Luca ad Concl. disp. 26. n. 28.

In nostris autem circumstantiis, præordinato tractatu matrimoniali, & certitudinali nutus, & signi affirmativi univoce mirabiliter deponitur ex toto contextu refertæ, tam summatim considerato, quam in peculiaribus suis partibus animadverto per combinationem antecedentium, concomitantium, & subsequentium, quæ solent potissimum considerari ad effectum comprobandi verit-

veritatem consensus praestiti in actu matrimonii, ad tradita per Card. de Luca de matrim. disc. 2. sub num. 13. §. Clarius verò, & dist. 6. num. 4. & dicitur Rot. coram Millino dec. 75. ante num. 1. coram Cerro dec. 845. num. 11. & plene in rec. dec. 40. sub n. 3. & 6. p. 16.

35 Praedictio siquidem, & univocatio quoad antecedentia, infingit ex amore praecedenti, colloquiis preliminaribus, desumptions vestis olifericae subitus brachium gestat, quam postea induit antequam Ecclesiam ingrederetur, spontaneo discessit a Domo, etiam calide se subtrahendo ab oculis Proaviae, quae advertebat discessum Puellae a mansionibus domesticis, ascensu ad curram, descensu in Ecclesiam, expectatione Parochi, spontanea surrexione, ut accederet confessionarium, ac ceteris actibus permixtis coram Parocho, & Testibus gestis absque ulla vel minima contradictione, seu dissensu, quam cum facile ostendere potuisset, dum Parochus ipse dissentiebat, ut adverteit Tornioi. conf. 54. numer. 18. Rot. post 1. volum. conf. Farinae. dec. 226. num. 2. & dec. 893. & nu. 2. & segg. & in rec. Superius citat. dec. 40. nu. 15. part. 16. Haec quidem Mulieris permixta voluntas tot actibus explicata, propositum enixum, & voluntatem determinatam super contrahendum matrimonio indicant, ut cum concordantibus prosequitur laudata Decis. 40. n. 4. p. 16.

Quamvis autem haec omnia antecedentia solum respicere videantur animum contrahendi de futuro, à quo in hac materia rite non arguitur actus de praesenti, tamen, data continuatione eisdem propositae voluntatis in actibus concomitantibus, & subsequentibus, misericordie urget, non solum considerato ipso contextu rei gestae, à quo elicitur simultanea reversio ad curram cum viro, accessus ad Domum paratam, matrimonii confirmatio, & diuturna permanentia cum viro absque ulla reclamazione, vel dissensu, verum etiam specialiter perpenis tribus actibus aliorum complexivis gestis à Muliere in statu plenae, & plenissime libertatis ad oculum demonstrantibus, non solum univocationem nutus, & volitam contractus praedicationem, sed ulterius positum ipsum assensum à Puella, Matrimonio contracto praestitum.

36 Primus contigit illico post matrimonii contractum, nam discessit ab Ecclesia S. Iovonis cum eodem curru perreperunt ad illam S. Nicolai Tolentini, ibique, theda dimissa, Franciscus, ut perquireret Dornum, Helenam solum in d. Ecclesia reliquit, ut expectans Viri reditum, sine aliquo assensu, per horam, & ultra permansit, ut liquet ex illius dispositione in Criminalibus Summ. Francisci num. 7. lit. 5. & ex responsione ad Positiones, post. 8. Si autem mulier matrimonium dissensisset, certo certius tam longa expectatione in statu plenae libertatis, fomentum delinquere valuisset, vel se conquerendi allicui ex Religiosis in d. Ecclesia commorantibus, vel aufugiendi à praesentio Seductore apud aliquem ex commorantibus in vicinia, quod de facili, imò facillime facere poterat; unde, cum his omnibus omisit patienter tulerit Viri reditum, & cum eo pacifice ad domum paratam accesserit, inficiari non valet libertas praecedenti consensus ab actibus tam feris, & proportionatis indicata iuxta notata in punctualibus à Vermigli. conf. 396. n. 9. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 1. n. 25. Rot. cor. Seraph. dec. 763. num. 4. Et in longè debilitioribus terminis ponderat Rota cor. Merlin. dec. 75. n. 4. vers. 6. & cor. Baratto dec. 713. n. 3.

37 Secundus, non solum univocationis, sed pleni consensus actus, elicitur ex geminatis confessionibus coram DD. Pichio, & Benedello emissis, in quibus Helena etiam seorsim à viro totam facti seriem narranda, de indubitate eius consensu in actu matrimonii testata fuit, ut diffusius legere est cum circumstantiis valde notabilibus in utriusque dictorum Testium depositione data per extensum in Summ. Francisci num. 2. per tot. Quae confessiones à duobus Testibus omni exceptione maioribus comprobatae, & coram eis emissae, etiam absente viro, ut circa Benedellum probat totus contextus depositionis, tam in principio, quam in fine, & circa Pichium elicitur ex verbis in fine depositionis exaratis: E questo è quanto posso dire sopra la scienza di questo matrimonio sentito più volte narrare di lui detto Jozzi sì anche dalla detta signora Elena. Consensus praedictum in actu matrimonii per verba, & signa expressum, satis evidenter convincunt ex gloss. in cap. super eam: Verbo: Confessionem, de eo qui cognovit Consang. Uxor. sua Decius conf. 163. nu. 1. cum plurib. segg. de An-

gel. de confessionibus lib. 2. qu. 6. n. 30. & Rot. dec. 301. nu. 11. part. 11. rec. debebat namque Puella, si seducta fuisset, & decepta, loco emittendi tam amplas confessiones discretis illi Viris pandere secretum violentiae sibi illatae, quos certo certius auxiliatores sperare poterat in re tam aequa, iusta, & rationabili.

Tertius demum pro Coronide succedit alter patentissimus actus consensus in statu plenae libertatis explicatus cum Pichio, tam quando eam suadeat, ut Conservatorium ingrederetur, quam in actu ipsiusmet ingressus & paulò ante ingressum, dum semper separationi à viro potentissime renuit, non ex alia ratione: E che essendovea preso marito per suo scio, e non per andar in Monasterio, e che la promessa fattogli da Francesco Jozzi era stata disposta, e condarla à Terzi, e non di metterla in Monasterio; che però non ci voleva andare, ma, che voleva stare con suo marito: Et quia Pichius ei spondit intra breve temporis spatium ipsam ad thorum maritalem reditum, dum erat in via versus Conservatorium, iterum suam voluntatem per hac verba explicavit: Che mi fossi ricordato della promessa fattagli che non sarebbe stata in d. Conservatorio più di quindici giorni, e che poi sarebbe ritornata con suo marito: Si autem in terminis simplicibus, sola renuentione eundi ad Conservatorium reputatur pro forti conjectura consensus jam praestiti ad notabile consilium Paris. conf. 17. n. 25. lib. 4. & sensum Rota dec. 40. post num. 5. p. 16. rec. quanto magis in hypothesei tam qualificata.

Adversus vero tot indubitata signa consensus, allegari non merebatur, quod Dominicus Brogius circa nutum affirmativum deponat solum de propria credulitate, & per quamdam speciem dubitationis, nam tota perfecta deponitione, patet illum duos actus diligenter exteriori elicitum, & interiori non prolatum, & cum circa primum constanter deponat de annuentione in signum consensus, circa secundum sitentem in interiori voluntatis actus, constanter deponere non poterat, cum adus voluntatis non cadat sub sensu, & sola signa exteriora voluntatis oculis sint subiecta fidelibus.

Minutae prolixae exaggerata tenera aetas Puellae, illius infantiles lusus, & a puerilis animus de facili subiectus machinationibus Francisci, à quibus forsitan provenire porerunt tot replicati actus consensus in recensitis casibus explicati, nam DD. vifa fuisset Puella satis dolis capax, & perspicacis mentis, ac servidi intellectus, dum tam accurate deponit in constituto criminali, & cum tot circumstantiis retextit historiam Pichio, & Benedello, demonstrando se machinationum capaxem, & extra deceptionem, dum sefellisse profitebatur Franciscum ex causa zelotypiae, quam de illo conceperat, callide se subtraxisse ab oculis Proaviae, aliaque gestisse, quae ipsam satis sagacem indicabant, ut legitur est in sepe d. depositionibus Pichii, & Benedello Summ. Francisci n. 2. In his autem terminis, in quibus Puella dignoscitur prudentes responsiones dedisse, & satis scientem esse de vi, & importanti obligationis matrimonialis praesumptiva deceptioni opposita, elicita à tenera aetate nunquam admittitur contra positivas probationes consensus in determinatis actibus explicati, ut in longè debilitioribus terminis censuit Rota in Vuerbier. Matrimonii 19. Januar. 1629. §. Non obstat, & segg. cor. Piravano.

38 Demonstrato consensu Helenae, DD. defendentes ad examen alterius nullitatis oppositae Matrimonio de quo contenditur, circa debita Parochi praesentiam à Concilio Tridentino requisitam sub cap. 1. sess. 24. de Reform. matrim., illa DD. cessare vifa est ex genuina intelligentia ipsius Textus Conciliaris.

39 Etenim, quamvis Parochus, post auditum Francisci consensum, dixerit in Criminalibus Summ. Francisci nu. 6. Io ciò sentendo, senza darli tempo, gli ho voltato la schiena, dicendo, che non ho conosciuto per niente. Et respectu Helenae subdat: E non ho inteso, se la Giovane mi habbia detto cosa alcuna; attamen extando referat ejus non intelligentiam, ab ipsius Parochi positivo fide processisse; proindeque, dum ipse causam dedit, quominus intelligeret, de Jure habendus est pro intelligente, dum neciens ex quo noluit scire, vel affectavit necire, habendus est pro sciente cap. Cum in bibitio §. Si quis vero: de Clandest. despons. & in puncto de Parocho non intelligente, ex quo aures obturavit, ne audiret, firmat Doctissimus Fagnan. in c. Quaestum de Penit. & Remiss. n. 8. & post eum, de Parocho fugiente, & per alios actus in proprios non audiente, Ricc. in prax.

prax. for. Eclesi. resolut. 213. num. 3. Pont. de matrim. lib. 1. cap. 25. sub num. 12. Bossius eodem tract. c. 3. §. 12. num. 22. Leand. tom. 2. tract. 19. disp. 7. quest. 40. Barbol. de potest. Episc. p. 2. alleg. 32. n. 83. & 84. de offic. Paroch. p. 2. cap. 21. n. 47. & 49. & ad Concil. sess. 24. de reform. matr. c. 1. n. 73. & 75. & Card. de Luca in annot. ad Concil. disc. 26. num. 4. & 19. & sequitur Natal. Alex. in Theolog. Dogmat. tom. 6. regula 10. in fin. fol. 494.

34 Ac per hujusmodi Parochi adhibitionem ex tali causa non intelligentis, satisfactum est dispositioni Concilii ad effectum sublinendi validitatem matrimonii, & irritationem ab eodem Concilio indistinctam evitandi. Si quidem verum est sapientissimos Concilii Patres pro Matrimonio rite, & recte celebrando, ultra solemnitates, praescripisse per illa verba: Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto vel dicitur. Sed tamen, ubi transeunt ad inducendam irritationem, nequaquam repetunt Parochi intelligentiam, sed tantum praesentiam, ibi. Quia aliter, praesente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus Testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad hoc contrahendum omnino in habiles reddit, & hujusmodi contractus irritos, & nullos esse declarat.

Cum itaque conditio illa mutui consensus per Parochum intellecto, quae fuerat apposta in prima parte dispositionis, non legatur in hac secunda super irritatione: utique non censetur volita sub pena irritationis actus, ut bene distinguendo dispositionem Conciliarium in duas partes observat Card. de Luca d. d. d. d. d. sub num. 4. & 47. ubi firmat: valere Matrimonium Parocho expressè dissentiente, aut fugiente, vel per vim detento, seu aures claudente, ut non audiret: & in casibus hujusmodi, sufficere illius praesentiam, sed interventum materialem; idemque dixerat in d. d. de matrimonio. numer. 9. ubi distinguit inter Parochum ex vi naturalis, vel accidentaliter impotentem non audientem, & inter nolentem, sed affectantem non audire, idemque concludunt Riccius, & alii supra laudati.

35 Neque sapientissimi PP. eisdem Concilii, qui hanc solemnitatem praesentiae Parochi uti publicae personae, ad tollendam positivum Clandestinitatem actus exquiriverunt, censendi sunt ita voluisse matrimonium libertatem coangulare, ut esset in cuiusque Parochi potestate illorum celebrationem impedire, illamque irrita reddere per ipsorum voluntatem, & affectantem non intelligentiam, cum ceteroquin matrimonii libertas iudicata fuerit semper neutra, etiam post Concilium Tridentinum prout ex Oraculo Summi Pontificis rescriptum fuit anno 1616. ad Archiepiscopum Mecliniensem, & ex Card. Bellarmino transcriptum Pignatelli. tom. 4. consil. 145. n. 12.

36 Et multo minus irritatio inducenda est ex illo defectu, de quo Concilium non disponit expressè, stante Theorica de quo Concilium non apparet specialiter expressum, id sub veterum legum, constitutionumque regulis inducendum est, quod nec per subauditos intellectus inducendum est, quod expressè non legitur; ac prout, cum in ea parte Concilii, in qua matrimonialia irritantur non legatur expressè repetita Parochi intelligentia, sed tantum praesentia; nequaquam inducenda est irritatio ultra terminos ipsos à Concilio expressè: ideoque dum loquitur Concilium solummodo de praesentia; illius tantum defectus è mente Concilii irritare debet matrimonium, non autem defectus intelligentiae.

37 Eoque magis inclinatur DD. in hanc sententiam, ex quo ipsamet Sac. Congr. Concil. Trident. Interpres, tam antiquis, quam modernis temporibus eidem sententiae adhaesive vifa est, & signanter in una Genenn. 26. Julii 1582. in qua super dubio his verbis concepto. Quid si Sacerdos nihil eorum, quae agebantur vidit, neque audivit; Congregatio declaravit. Non valere matrimonium, si non intellexit nisi affectasset non intelligere; in cuius sequelam praecis post annis in una Ulixponen. etiam consimile Decretum prodit, ibi Congregatio censuit si vera sunt, quae narraverit & Parochus affectaverit non intelligere, matrimonium valere: Et in terminis thematis, de quo disputatur, proximioribus in una Sarzanen. 16. Februarii 1684. ubi omnes fuerunt denunciations, Parochus contradicebat, & audivit tantummodo verba consensus praestiti pro sponsum, dum sponfam habebat per manibus, congregatio censuit:

38 Matrimonium sublineri, etiam si Parochus non intellexerit verba sponae dum tamen de illius consensu ex aliis signis iuxta juris communis dispositionem legitime constet. Prout etiam in Patavina 16. Maii 1669. in Tolentiniana 28. Novembris 1671. & in Venetianna, vel Vicentina 11. Martii 1673. in quibus omnibus iuxta tenorem Decretorum, quae hodie in foliis authenticis circumferantur, resolutum legebatur, Matrimonium valere, etiam si Parochus verba alterutrius ex contrahentibus non audiverit, vel quia affectaverit non intelligere, quia ex quo terga vertit, non auscultavit, quia propter iram, aut rorem, seu quid simile audire non potuit: Et allegata praemissa resolutione Giennen. firmat Fagnanus sum in d. c. questum, & de penit. & remiss. n. 6. 7. & 8. tum in c. Quoniam n. 25. de Constitut. una cum aliis supra allegatis.

39 Hinc rejiciendus, DD. censuerunt, quosdam Moralistas, & signanter Sanch. de Matr. lib. 3. disp. 39. sub n. 6. Tancred. eod. tract. lib. 3. disp. 39. nu. 2. Henric. in Theolog. Scholastica moral. tract. 5. de spons. & matr. disp. 5. q. 2. n. 24. alioque nonnullos ejusdem generis, qui resolutionem Sac. Congregationis in causa Giennen. dicunt interpretandam de Parocho, qui affectavit non intelligere, sed nihilominus re vera intellexerit, quia agnita fuit contraria contextui ipsius declarationis in quo supponitur Parochum non intelligere, dum si revera intelligere, casus dubitationis non emergeret, cum nullus nunquam dubitaverit de Matrimonii validitate Parocho re vera intelligente; Ideoque quae in propriis terminis agitabatur, si Sacerdos nihil eorum, quae agebantur vidit, neque audivit, ut sunt verba praecisa dubii d. putati in Sac. Congregatione, quae citra violationem literae praedictae non valent de Parocho re vera intelligente, ac propterea rationem à Sanchez allatam, merito fuisse frigidam appellatam à Pontio cum aliis supra relatis, proindeque valuit matrimonium, de quo agitur, dum intervenit praesentia Parochi, non obstante quod non audiverit, num Helena aliquid dixerit, sive ex quo terga vertit, sive ex quo terga vertendo affectavit non audire.

Neque ad excludendam Parochi affectationem quicquam profuit secunda illius attestatio, in qua declarando primum dictum, deponit pro exoneratione suae conscientiae de hanc facta de voluntate d. spalle, non per non sentire, & videre quello, che si diceva; & faceva da detti prestati contrahenti, ma sempre stetti attentissimo à quanto si diceva, & faceva, & non può essere, che, se la d. Elena avesse parlato, o fatto segno veruno, io non l'avessi sentito, & veduto, non offante d. istantanea voluntate d. spalle; tum quia haec secunda depositio tanquam prodita die 19. Julii 1696. postquam edita jam erat prima resolutio Sac. Congreg. Concilii super validitate Matrimonii, censetur affectata facta, nec antiquum operatur in praedictum Juris interm. Francisco questui, ut adverteit Rot. dec. 269. num. 24. & dec. 109. eod. num. part. 16. rec. tum quia valde inverisimilis detegitur, non solum, dum profertur se attentissimis contractui gesto, quando in prima delatione dixit se valde abstractum ob facti novitatem, sed etiam admittit se terga vertisse, impossibile est, quia ista in illa instantanea versione poterant fieri, & respectivè proferri, absque eo quod illa videret, vel intelligeret, iuxta proprietatem actum, qui in momento periclitatur, sic quibus ad praesentium effectum excludendi negativam coarctatam egregie Sard. conf. 414. n. 49. cum aliis concordantibus.

Et ita, Partibus in acerrima disputatione concertantibus, conclusum fuit &c.

Matrimonium sublineri, etiam si Parochus non intellexerit verba sponae dum tamen de illius consensu ex aliis signis iuxta juris communis dispositionem legitime constet. Prout etiam in Patavina 16. Maii 1669. in Tolentiniana 28. Novembris 1671. & in Venetianna, vel Vicentina 11. Martii 1673. in quibus omnibus iuxta tenorem Decretorum, quae hodie in foliis authenticis circumferantur, resolutum legebatur, Matrimonium valere, etiam si Parochus verba alterutrius ex contrahentibus non audiverit, vel quia affectaverit non intelligere, quia ex quo terga vertit, non auscultavit, quia propter iram, aut rorem, seu quid simile audire non potuit: Et allegata praemissa resolutione Giennen. firmat Fagnanus sum in d. c. questum, & de penit. & remiss. n. 6. 7. & 8. tum in c. Quoniam n. 25. de Constitut. una cum aliis supra allegatis.

Hinc rejiciendus, DD. censuerunt, quosdam Moralistas, & signanter Sanch. de Matr. lib. 3. disp. 39. sub n. 6. Tancred. eod. tract. lib. 3. disp. 39. nu. 2. Henric. in Theolog. Scholastica moral. tract. 5. de spons. & matr. disp. 5. q. 2. n. 24. alioque nonnullos ejusdem generis, qui resolutionem Sac. Congregationis in causa Giennen. dicunt interpretandam de Parocho, qui affectavit non intelligere, sed nihilominus re vera intellexerit, quia agnita fuit contraria contextui ipsius declarationis in quo supponitur Parochum non intelligere, dum si revera intelligere, casus dubitationis non emergeret, cum nullus nunquam dubitaverit de Matrimonii validitate Parocho re vera intelligente; Ideoque quae in propriis terminis agitabatur, si Sacerdos nihil eorum, quae agebantur vidit, neque audivit, ut sunt verba praecisa dubii d. putati in Sac. Congregatione, quae citra violationem literae praedictae non valent de Parocho re vera intelligente, ac propterea rationem à Sanchez allatam, merito fuisse frigidam appellatam à Pontio cum aliis supra relatis, proindeque valuit matrimonium, de quo agitur, dum intervenit praesentia Parochi, non obstante quod non audiverit, num Helena aliquid dixerit, sive ex quo terga vertit, sive ex quo terga vertendo affectavit non audire.

Neque ad excludendam Parochi affectationem quicquam profuit secunda illius attestatio, in qua declarando primum dictum, deponit pro exoneratione suae conscientiae de hanc facta de voluntate d. spalle, non per non sentire, & videre quello, che si diceva; & faceva da detti prestati contrahenti, ma sempre stetti attentissimo à quanto si diceva, & faceva, & non può essere, che, se la d. Elena avesse parlato, o fatto segno veruno, io non l'avessi sentito, & veduto, non offante d. istantanea voluntate d. spalle; tum quia haec secunda depositio tanquam prodita die 19. Julii 1696. postquam edita jam erat prima resolutio Sac. Congreg. Concilii super validitate Matrimonii, censetur affectata facta, nec antiquum operatur in praedictum Juris interm. Francisco questui, ut adverteit Rot. dec. 269. num. 24. & dec. 109. eod. num. part. 16. rec. tum quia valde inverisimilis detegitur, non solum, dum profertur se attentissimis contractui gesto, quando in prima delatione dixit se valde abstractum ob facti novitatem, sed etiam admittit se terga vertisse, impossibile est, quia ista in illa instantanea versione poterant fieri, & respectivè proferri, absque eo quod illa videret, vel intelligeret, iuxta proprietatem actum, qui in momento periclitatur, sic quibus ad praesentium effectum excludendi negativam coarctatam egregie Sard. conf. 414. n. 49. cum aliis concordantibus.

Et ita, Partibus in acerrima disputatione concertantibus, conclusum fuit &c.

R. P. D. P I O.

Lunen. Sarzanen. Sponsalium.

Lune 28. Junii 1694.

ARGUMENTUM.

Plures traduntur limitationes in hac decisione adversus regulam notatam per Card. de Luc. de Matr. Disc. VII. quod scilicet ex sponsalibus oriatur impedimentum publicae honestatis subsequens matrimonium; utra-

tradiur inquam quod hæc regula non procedat si de sponsalibus clarè & indubitanter non constet, si Mulier sponsum semel in libertate posterit, & demum si possit de odio inter sponso dubitari.

SUMMARIUM.

- 1 Ut ex sponsalibus publicæ honestatis impedimentum dicatur exortum requiritur quod de illius consuetudine, & quidem cum mutua utriusque Partis reprobatione.
2 Ad hoc ut sponsalia dicantur contracta, clara non dubia exiguntur verba.
3 Et non sufficit consensus de contrahendo sponsalia in futurum.
4 Sponsalia obligatoria minime contracta dicuntur si uterque Coniux præsens non sit.
5 Sponsalia non dicuntur ratificata per actus qui attribui possunt causæ amatoris servitutis iuxta consuetudinem Regionis inter Amafios promissæ.
6 Si post sponsalia sponsa dixerit quod matrimonium contrahere noluisset censetur remissa sponsa libertas nubendi cuiuscumque mulieris.
7 Nec à dissensu predicto in præjudicium sponsi datur recessus.
8 Si potest dubitari de odio inter sponso non obstantibus datur libertas.

DECISIO VI.

M Archinus Nicodemus præterens prius legitime contraxisset sponsalia cum Margharita Pasquinella, impedimento esset matrimonio contrahendo inter d. Margharitam, & Marcum Lombardinum: Judicium instruxit coram Ordinario Loci, cui sententiam super nullitate oppositionis proferre placuit, quæ postea in Curia à R. P. D. Severolo confirmata fuit. Unde delata ad nostrum Tribunal Causa appellationis, eaque mihi commissæ, subscripsi dubium. An constet de nullitate sponsalium, aut licet Margharita nubere cuiuscumque maluerit, quod hodiè affirmativè fuit resolutum ex defectu sufficientis probationis assertorum sponsalium, de quibus ad hunc effectum concludenter constare debuisset, & quidem cum mutua utriusque Partis reprobatione, ad hoc ut ex illis publicæ honestatis impedimentum dici posset exortum ad litteralem censuram Texti. in c. unic. §. Porro ibique gloss. de Sponsal. impub. in 6. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 5. num. 1. Vanel. conf. canon. consil. 526. num. 11. tom. 2. Spezzell. decis. 95. num. 9. Panimoll. decis. 23. num. 4. & adnot. 1. num. 1. Rot. decis. 267. num. 7. par. 18. recent. cum aliis in Gadican. Sponsalium 12. Aprilis proximè præteriti §. Sponsalia cor. R. P. D. meo Ursino.

In proposita autem facti specie mutuum istum Partium consensum desiderari satis in aperto est. Testes siquidem adducti ad justificandum, inter præfatos sponsalia intercessisse, nil aliud in substantia deponunt, quam quod Capitaneus Toninus Avunculus, & Tutor Margharitæ, præsentibus Matre, ac Sorore exploraverit ipsius Margharitæ animum, quæ ad se obedientem (ut par erat) majorum voluntati ostendendam respondit: Cbe farebbe stata à quel tanto, che il Zio, e la Madre haverebbero fatto, e trattato, ex quibus sanè dubiis, atque generalibus Puellicæ verbis, vel non deprehenditur præfata Sponsalia conclusio integram contractus perfectionem præseferens, Giurb. observat. 35. num. 1. Rota cor. Bieb. decis. 638. n. 20. vel ad summum concluditur dumtaxat consensum de contrahendo sponsalia in futurum, quæ sufficiens non reputatur ad inducendam obligationem de illis inmundis, itaut intret coactio per Sacros Canones præfinita, sicut advertunt Spad. consil. 152. num. 1. lib. 2. Sanch. ubi supra lib. 1. disp. 18. num. 13. Rota d. decis. 267. num. 5. par. 18. recent. vel denique, etiam si dicta verba operarentur veram promissionem sponsalium de præfenti, ad nihilum tamen essent profuturæ cessant simultanea absentis Nicodemi reprobatione, Summar. Margharitæ num. 3. ut præter auctoritates supra allegatas docent, Marefcott. var. resol. lib. 1. cap. 28. num. 3. Card. de Luca de matrim. decis. 8. num. 4. & segg. Rot. coram Buratt. decis. 303. num. 4. & cor. Zaratt. decis. 208. num. 21.

Neque sufficientia visa sunt ea, quæ deducebantur ad

arguendum saltem successivum consensum Marchini, etenim præmissis, quod non verulam in casu, quo subsequens alterius ex partibus approbatio admitti debeat ad ratificationem sponsalium per antea solemniter à Procuratoribus celebratorum, dum huc ducere ex prænotatis liquet, non nisi simplicem tractatum de sponsalibus habitum fuisse; non bene tamen ex actibus à Testibus recentis, videlicet quod Marchinus frequenter ad Margharitam ventitaret, & cum ea conversaretur, illamque publicè comitaretur, huiusmodi successivus consensum elici potest, quoniam cum iidem attribui queant causæ amatoris servitutis iuxta consuetudinem Regionis inter Amafios promissæ, non inferunt certitudinaliter ad manifestam sponsalium ratificationem, præsertim quia hæc signa de eo tempore aliis Juvenibus erant communia, qui Margharitæ palam quoque obsequabantur, ut in puncto Rota d. decis. 267. n. 16. 17. par. 18. rec.

Sed ad quid ex nimis vagis, atque æquivocis signis, quænam fuerit Marchini voluntas post pertractata sponsalia conamare erueret, quando illius positivum dissentium habemus? Is enim, ut Juvenis animi mo esse solet, fragescente amore, ne dum per triennium pro præsentem sponsalium effectu declarationem emisit à Testibus comprobatam certissime declarationem emisit à Testibus comprobatam contrahere volebat, quo fit, quod data etiam veritate sponsalium, præcedentem illorum communem consanguineum Margharitæ remisisse, ut propterea eadem impossetur cuiuscumque maluerit nubere valeat per ea que tradunt Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 52. num. 4. Pont. eod. tract. lib. 12. cap. 9. & 14. utrobique num. 1. Rot. cor. Zaratt. decis. 208. num. 22. & in recent. decis. 185. nu. 7. 8. par. 14. Cuiusmodi dissensum non adveniat vertentis litis substantiatum, tum quia (ut inquitur dd. Testes Summar. num. 8. & J. l. non fit à Marchino, sed à Matre Margharitæ erga illum proposita pensia; Tum & quia post factam ab illo predictam animi declarationem, eamque à Margharita acceptatam, res non est amplius integra, sed semel volitam dissolutionem omnino pati compellitur, ut notabiliter Surd. consil. 364. num. 27. & segg.

Cæterum, si ulla etiam superesse difficultates, cum inter Margharitam, & Marchinum supervenerint animi turbationes, & dissidia, non quidem illius generis, quæ iuxta vulgatum illud Terentii in Andria, amoris reintegrationem promittunt; Sed quæ diuturni temporis oblivione obrui nequeunt in muliere, in qua scilicet semel concordia amplius non coalescit, dum Marchinus Margharitam conviciis vehementer læcessivè illiusque crines divellere, & ventilia è capite, ac Corallia è Collo auferre fuit per vim eripere, atque per contemptum humani decore, & violenter initis adeo exacerbatum Virginis odium in Marchinum suscitatum fuisse existimandum est, ut æquissimo jure, nè ex concubialibus societatè mali exitu sequantur, sit locus libertati, quam hinc, vel similibus concurrentibus circumstantiis etiam in casu, quo vera sponsalia intercesserint zelo bono Ecclesiæ Matre benignè concedere solet ut testatur Rot. cor. Coccin. decis. 437. num. 4. & 7. & decis. 889. num. 5. cor. Cels. decis. 374. & in rec. decis. 19. par. 10. & decis. 185. & 242. num. 13. par. 14. cum aliis per Adden. ad Pamphil. decis. 96. nu. 10. & in d. Gadican. Sponsalium cor. R. P. D. meo Ursino §. final.

Et ita utraque parte informante responsum fuit &c.

R. P. D. CAPRARA.

Monasterien. Matrimonii.

Merc. 27. Julii 1696.

ARGUMENTUM.

Quod promissio matrimonii adimplenda sit habetur apud Card. de Luc. de Matrim. Dist. XVIII. & in præfenti decisione notatur. Promissio matrimonii præsumitur in desolatione Mulieris nobilis.

SUMMARIUM.

- 1 Desoratio Mulierem sub fide matrimonii tenetur eam in Uxorem ducere.
2 Etiam si fide promississet.
3 Copula ex adminiculis & conjecturis probatur.
4 Copula probatio resultat ex concubitu in eodem lecto.
5 Responsores ambigua contra respondentem interpretantur.
6 Desoratio remanet probata ex juramento Mulieris adminiculato.
7 Promissio matrimonii in desolatione præsumitur si Mulier sit nobilis.
8 Testes etiam singulares favore matrimonii probant.
9 Promissio matrimonii in desolatione probatur per versimilitudines, & conjecturas arbitri discreti Judicis considerate debentis qualitatem Personarum, & facti circumstantias.

DECISIO VII.

B Aronem Wernerum Lambertum de Merode invasit amor erga Nobilem Domicellam Joannam Petronillam de Droste, quæ reciproca benevolentia amorem ita excepit, ut mutua crescente flamma in dies exerevit, & occasione ruficationis in Oppido communis consanguinei adventum fuerit ad promissionem, & ad reprobationem Matrimonii, qua stabili, ac repetita Sponsi concubuerunt infimul tanquam Coniuges, & elapso congruo tempore fructus concubialis inde in lucem editus est. Cùm autem Vir pluries requisitus in longum protraheret promissum Matrimonii adimplementum in facie Ecclesiæ, Mulier ad consulendum proprio honori, prævio libello in iudicium vocavit Lambertum coram Celsissimo Episcopo Monasterien. qui causa discussa, & desuper habito etiam consilio Universitatis Erfordiensis sententiam protulit favore Acrisius, declarando Lambertum teneri factam promissionem, mediante opera Parochi, & iuxta ritum Ecclesiæ adimplere, aliis remediis opportunitis compellendum. Appellavit ad huiusmodi iudicium Lambertus, & causa denuo discussa coram Rev. Nuncio Coloniae, cui fuerat delata, emanavit sententia prioris confirmatoria; Provocavit ad S. Sedem, & impetrata commissione Rotæ mihique directæ dicti dubium An D. Baro teneatur desponsare Domicellam Joannam & fuit per DD. affirmativè resolutum.

Cum enim ipse sub fide, & promissione futuri Matrimonii eandem Domicellam desoravit, teneatur proinde eam in Uxorem ducere, five attendatur Jus Divinum Exod. & Deuter. utrobique c. 22. five Pontificium cap. 1. de adulter. & stupr. ex litteris de Spons. cum aliis relatis per Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 4. num. 1. Ciardin. controuv. 174. n. 2. Panimoll. decis. 23. n. 24. Rub. ad decis. 431. n. 89. p. 4. to. 2. rec. Rot. cor. Buratt. decis. 498. num. 8. Gregor. decis. 300. n. 6. Cavaler. decis. 421. nu. 1. Rota divers. decis. 497. n. 2. p. 2. in rec. decis. 163. a. n. 1. p. 9. & decis. 767. num. 2. p. 19. & in Avenionen. Dotationis 19. Junii 1682. §. Quæ quidem cor. bo. me. Albergato, & 2. Maii 1687. §. fin. coram bo. me. Benincafa, ambæ impressio pones Regnald. in suis observat. criminal. recent. edit. lib. 2. fol. 417. & sequent. & in Melvitanæ Matrimonii 14. Aprilis 1690. §. Relevantis cor. Rev. Decano. Etiam si fide promississet, quia dum Mulier adimplevit ex parte sua, patiendos desorari, ita, & alter teneatur adimplere etiam si fide contraxisset, dum de jure contrahere tenebatur; Et sic factus Promissor teneatur eam desponsare, ut docet Div. Thom. 4. distincti. 28. qu. unica. art. 2. artic. 4. Riccard. ibi art. 1. qu. 3. in fin. Scott. 4. distincti. 30. q. 2. vers. respondendo stante illo dolo Adrian. 4. qu. 2. de Matrimo. ad 2. Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 10. n. 3. vers. 2. quia, & disp. 11. n. 4. Rot. decis. 163. nu. 20. & segg. p. 9. & d. decis. 767. n. 1. p. 18.

Desoratio in præfenti visa est non posse in dubium revocari: tum attenda depositione quinque Testium sub formali examine, inter quos duæ Nobiles Maronæ, altera Domina Oppidi, & utriusque Colihgatis Consanguinea in cuius adibus hospitabat, altera verò Uxor Locumtinentis, & altera Mulier familiaris ejusdem Joannæ servitio continuo addictæ. Tum ex positionibus medio juramento datis ab eadem Joanna, & respective responsonib.

Lamberti ad illas. Tum demum ex juramento per eandem Joannam præfinito, ita mandante Juce super expositis in libello, hoc est super desolatione, & fide Matrimonii.

Ex testibus enim habetur frequens accessus Lamberti ad Cubile Joannæ tam de die, quam noctis tempore, necnon repetitus concubitus in eodem lecto etiam integra nocte cum pluribus circumstantiis, & actibus, qui copulam convincunt, quos signanter enarrat illa Mulier familiaris, & cubicularia, quæ est prima Testis in Summ. nu. 9. cum qua aliquid concordat tertius Testis famulus ejusdem Lamberti; ut in eodem Summ. quibus accedunt dispositiones d. Baronissæ de Raisfeld Dominæ Oppidi, & Consanguineæ amborum hospitum, & d. Uxoris Locumtinentis, quæ ambæ aliquid suspicantes de nimia consuetudine inter eosdem juvenes, accesserunt ex improviso ad Cubile D. Joannæ, & Lambertum cum ea in lecto jacentem in actibus maritalibus copulatos invenierant, & rubore suffusæ recedentes, narrant circumstantias in eorum depositionibus relatas, ut d. Summ. n. 9. Ex his enim omnibus actibus, & circumstantiis resultat probatio copulæ, & signanter ex concubitu in eodem lecto, cum copula non sit de actibus, qui palam fiant, ideoque ex adminiculis, & conjecturis probatur, Spad. conf. 82. nu. 3. lib. 1. Soccin. jun. conf. 32. n. 20. lib. 2. Panimoll. decis. 93. adnot. 1. num. 18. 19. Verall. decis. 288. p. 1. Othobon. decis. 262. n. 4. §. Lap. allegat. 93. Natt. conf. 205. n. 3. Ciardin. controuv. 174. & signanter de concubitu dixit Rot. d. decis. 163. nu. 16. & seg. p. 9. ubi, quod est idem dicere, talis fuit in lecto cum Muliere, ergo eam cognovit, prout inquit Alex. conf. 77. nu. 2. lib. 7. Rot. cor. Arguell. decis. 8. n. 50. & concurrat indubium Testimonium, quod est Partus subsequens, de quo iidem Testes, nempe quarta, & prima, & reliqui omnes dicit Summ. n. 9.

Probata etiam remanet desoratio ex responsonibus ejusdem Lamberti ad depositiones datas à D. Joanna; & signanter ad quartam positionem, ubi ponitur, quod Lambertus ad Cameram Joannæ accesserit, quod ipse non negavit, sed respondit, posse esse. Et ad decimam quod Baro se posuerit in lectum, & Joannam supra se transegerit, respondit posse esse, quod ex joco id factum fuerit, & rursum se recordari, quod una vice ipse sub feram accerserit: quæ responsores ambigua, amphibolice patefaciunt rei veritatem, & contra ipsum respondentem interpretantur, Butr. in l. ex litter. de Sponsal. Rot. coram Verall. decis. 189. par. 1.

Justificata insuper remanet ex juramento præfinito ab eadem D. Joanna super ejus desolatione auctoritate Judicis emissio cui judiciali consuetudo accedebat tota probatio modis multum esse defendendum dixit Rota in decis. 621. n. 12. p. 18. to. 2. rec. & d. decis. 163. num. 6. p. 9. & in d. Avenionen. Dotationis 19. Junii 1684. §. Nec aliter cor. bon. mem. Albergato, & recentius in Navarren. Sponsalium 1. Julii 1692. §. Et omnia cor. R. P. D. meo Muto.

Promissio autem, & spes data futuri Matrimonii facile fuit eam posse præsumi, cum agatur de Muliere Nobili, quam dicendum non est se aliter passam desorari, quam sub fide Matrimonii, ut dixit Rot. cor. Coccin. decis. 1834. n. 4. Buratt. decis. 143. num. 29. & in alia Avenionen. Dotationis 3. Martii 1692. §. Quoad factum sponsalium cor. me.

Nec desunt etiam Testes id ipsum comprobantes nempe illa Mulier familiaris, & Cubicularia juxta 38. & quintus Testis juxta 56. 57. per ea verba à Lamberto prolata ibi. Ego tamen volo ducere in Uxorem, & juxta 60. & 65. ibi. Apporto Matrimonii promissionem etc. & D. de Merode asserere fecit vinum adulterum infirmitatem datæ parole dicendi in Conjugem Domicellam de Droste, & vinum exhauriendo Domicella osculum fixit, dicendo in parola, & fide data constantè velle perseverare, ut latius in Summ. d. n. 9. Quibus confert etiam depositio d. Baronissæ quintæ Testis utriusque juveni sanguine conjunctæ juxta 19. ibi. fide ducat, fide non, Barum interest, recordatur tamen ipsa quod de eo tempore, quæ Exorcitus Monasterien. stetit ante Bonnam, Dominus de Merode Testis dixit, quod ipsa interrogaret Domicellam de Droste super Matrimonio scilicet contrahendo; qui quidem Testes quamvis singulares concurrentibus aliis adminiculis, de quibus supra favore Matrimonii plenè probant, Gutterez de Sponsal. cap. 44. n. 52. vers. tertius singularitas Rot. coram Pamphil. decis. 145. a. n. 6. Buratt. decis. 182. nu. 4. & in d. Avenionen. Dotationis 9. Junii 1684. §. Nec obesse coram bo. mem.

- 15 Denunciations ante consummationem matrimonii ex officio fieri debent.
- 16 Non dicitur fuisse consensum praestitum matrimonio ubi metus vel coactio intercedit.
- 17 Si clare confitetur quod non fuerit praestitum consensus matrimonii per verba de praesenti, non urget tractus. Et quod verba prolata fuerint ad interrogationem Parochi.
- 18 Matrimonium fuisse contractum per verba de praesenti minime probant alius subsequentes si illi emanaverint antequam Mulier esset in libertate.

DECISIO IX.

Dominus censuerunt non constare de matrimonio per verba de praesenti contracto inter Nicolaum, & Elisabetham, quia licet haec interrogata à Parocho ad Crates monasterii, in quo educabatur s'era contenta pigliare il Signor Nicolò li presente per suo sposo annuerit, similibus interrogatione requisitus sponsum pariter confiteretur, ideoque hujusmodi verbis tamquam prima fronte expressivis simultanei consensus matrimonium de praesenti celebratum videri docuerit, Rota dec. 74. & dec. 295. par. 4. tom. 1. rec. & dec. 40. par. 16.

Id praecipue comprobantibus tam praecedenti tractatu de actuali matrimonio in eundem usque ad capitulum matrimonialium extensionem, & sponalium celebrationem perducto ut tradunt Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 18. num. 26. 27. Gutt. quest. Canon. lib. 1. cap. 21. recur. 24. Barbosa vot. decis. 94. numer. 22. & seq. & num. 29. tom. 2. notantes insuper potiori jure similia verba referri debere ad actum de praesenti cum ad alterius contrahentis seu Parochi interrogationem profertur.

Quam etiam subsecuta approbatione Elisabethae nuptialia munera, & Propinquorum congratulatione laeto, hilarique vultu excipientis, Rot. dec. 40. num. 6. p. 16. cui per consequens non liceat amplius penitere.

Nihilominus tamen ex mox relatis verbis, neque juxta legale eorum significationem in vigore, & in abstracto sumptam, neque juxta intentionem Elisabethae proferentis matrimonium de praesenti ipsam contrahere voluisse dici potest.

Non quidem ex legali, & rigorosa significatione quia verba volo, seu sum contenta juncta infinitivo potius denotant initium quam executionem actus, cum veriamur in iis quae pendunt à sola voluntate loquentis, ideoque in nostra hypothesi absolute verificari poterant quamvis Elisabetha nollet tunc, sed futuro tamen tempore Nicolaum esse suum Maritum juxta opinionem quam ex communiori DD. traditione sequuta est Rota dec. 121. par. 1. divers. rationes, & auctoritates late cumulans, & coram Peuting. decis. 197. & docuerunt Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 18. numer. 25. Gutier. eodem tractat. cap. 3. num. 9.

Minus autem longè ex intentione proferentis quia si hanc investigemus, expendendo rei gestae seriem, singularique facti circumstantias, ut monet Rota d. decis. 121. num. 13. & 23. par. 1. divers. & alibi saepius apparebit, multo plures urgentioresque conjecturas concurrere pro excludenda matrimonii de praesenti, ideoque praefata verba nonnisi ad futuri preparationem ordinata fuisse.

Constat enim ex Lectura attestationis factae à Parocho summ. num. 1. ex qua illa desumpta sunt, & quam produxit Nicolaus ad fundandam propriam intentionem ipsum accessisse ad monasterium, in quo Elisabetha, ut praesertim morabatur per pigliare il consenso della medema di poter far le dinuzie solite per il matrimonio da contrahersi tra detta Signora dall' una, & Signor Nicolò dall' altra, atque hanc sui adventum causam aperuisse puellae ad Crates vocatae, nec de aliis rebus quam de faciendis denunciationibus cum eadem egisse ibi, & fattala chiamare venne alla grata, & ivi restata sola li disse che ero il suo Parocho, & che ero venuto per domandargli se essa era contenta di pigliare per suo legitimo sposo il Signor Nicolò, & se li contentava che ne facessi le dinuzie publiche,

solite à farsi in chiesa, ella mi rispose sono contentissima di pigliare il Sig. Nicolò predetto per mio sposo, & che ella come Parocho ne faccia le solite dinuzie.

Ut ergo sensu manifestè patet, proemium sui prima attestationis pars regulariter praefertens causam finalem actus gerendi ad text. in lib. fin. dig. de hereditatibus instituit, demonstrat primarium opus, & finem ad quem ordinabatur consensus à Parocho petitus, & à Puella praestitus, ex mente utriusque non fuisse Matrimonium de praesenti contrahendum, sed denunciations faciendas, & juxta praescriptum Sacrosancti Concilii Tridentini servatis prius solemnitatibus, & ritibus Sanctae Matris Ecclesiae illud deinde celebrari posse.

A causa finali in proemio expressa regulam, & intelligentiam recipere debent eadem verba immediate replicata ex Angelo consult. 248. mon. 3. cum supervenit Nicolao, aliique personis Parochus rursus interrogavit Puellam s'era contenta pigliare il Signor Nicolò li presente per suo sposo, & visposomi di sì, feci la medema interrogazione al Signor Nicolò se voleva la Signora Elisabetha per consorte & visposo di sì, soggiunsi che havevete fatto le denuzie.

Et jure quidem merito quia versamur in una eademque oratione per eadem praefata verba in omnibus sui partibus concepta, ideoque dum cerum est in prima parte ex intentione Elisabethae proferentis illa fuisse relata ad denunciations, & matrimonium de futuro de quibus tractabatur eodem retento proposito in secunda parte replicata censeri debent cum nulla alia ratione melius dignosci possit an verba referri debeant ad Matrimonium de praesenti, vel de futuro quam praecedenti tractatu ad alterum ordinato, Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 18. num. 4. Guttier. eod. tract. c. 13. n. 14.

Alioquin contingeret eadem verba in uno eodemque sermone diverso sensu explicari contra regulam Text. in leg. si servus plurium 50. §. fin. ff. de legat. 1. & quod longè absurdum esset, puella, quae prius expressè declaraverat contrahere solum velle matrimonium de futuro solique denunciationibus assensum praestiterat nulla nova suadente ratione nullaque urgente causa mutato consilio matrimonium actuale praecipitanter contraxisset.

Quae instantanea mutatio aliqua non interjecta mora figurata, nec aliquo praecedenti signo expressa de jure praesumitur, Berous quest. fam. qu. 6. num. 50. vers. est praesumendum, omnino inverisimilis redditur in nostra hypothese, tum quia nullo pacto suaderi potest puellam, quae in capitulis matrimonialibus, & in congressu cum Parocho firmè proposuerat antequam iniretur actuale matrimonium religiosè servare ritus omnes Ecclesiae, eisdem deinde neglectis contrahendo absque denunciationibus, quae sine gravi peccato omitti non poterant, Guttier de matrim. cap. 56. num. 4. & cap. 57. numer. 1. Barbosa ad Concil. sess. 24. cap. 1. num. 29. de reformat. Layman. quest. mor. lib. 5. tractat. 10. par. 2. cap. 4. num. 15. & Parochum non coactum huic delicto aniam desisse assistendo tali conjugio, nec conjuges modo juxta sui numeris debitum, ut caverent ne dum Sacramenti foedere jungentur peccati laqueis animas irirent ob quod graviter ab ordinario puniri potuissent, Sanchez de matrim. lib. tertio disputat. septima num. 15. in fine, & Barbosa ubi supra.

Cum etiam quia insolitus iste modus contrahendi matrimonium ad crates Monasterii omnino ab re erat si intercedebat reciprochus consensus, nulla enim timeri poterant impedimenta, quae illud turbarent, dum non aderant consanguinei Elisabethae, nec competitors qui contradicerent, quinimò ipsa reperiebatur sub tutela, & cura Hieronymi, qui Nicolai frater matrimonium promovere poterat, eo forme modo, quo cum altera ejusdem forere similes nuptias ac aequè insignem Dotem proprio filio paravit.

Quae demum omnia clarius elucescunt inspectis finalibus verbis attestationis, quibus Parochus retento eodem themate in proemio expresso post reciprochum consensum utriusque praestitum conversus ad sponsum in-

immediate subdit, che havevete fatte le denuzie al che mi dicevate il consenso, & disse che le facessi ogni volta che fusse arrivato in Perugia il Padre Francesco Maria suo Zio, & ciò per mostrare di farne caso, quae porro verba aperte demonstrant consensum spondae, & tractatus omnes ab ipso congressus primordii usque ad finem ordinatos ad denunciations faciendas, non ad matrimonium de praesenti contrahendum, cujus supervenit sponso si exarisset tanto desiderio, ut longioris morae impatientis contra Ritus Ecclesiae, & contra id quod paulò ante unanimi sententia, & consensu cum Parocho statuerat, statim contrahere voluisset, cur novam spondae obediendo remoram mandasset ex quadam honestate, & reverentia denunciations deferri usque ad Patrum adventum si matrimonium jam perfectum faciendae erant, & cur Parochus si fuisset assistens matrimonio actuali novum petisset consensum pro illis publicandis, cum id non penderat amplius à Conjugum arbitrio, sed ante consummationem matrimonii ex officio eisdem praemittere tenebatur, ut sancitur à sacrosancto Concilio Tridentino sess. 24. cap. primo de reformat.

Litterali sensu attestationis praefatae, validique rationibus ex sola lectura resulantibus, alia accedunt aequè efficacia Argumenta, & extrinsecè concludunt manifestè excludentes Elisabethae consensum, desumptae ex quamplurimis documentis ea parte ejusdem exhibitis, & late recensitis in relationibus Illustrissimi Episcopi Assisinae, qui cum ex rescripto Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium puellae voluntatem explorasset, retulerunt eam praetium matrimonium semper averfatam fuisse, licet ab Abbatissa Monasterii ubi educabatur foretore d. Nicolai juncta etiam opera aliorum huic adhaerentium minis, blanditiis, suggestionibus, omniique demum arte ad eisdem urgeretur, à quibus, ut se eximeret recursum habuisse ad S. Congregationem, sed quia non nisi post plura iterata ejusdem praecipua Tutor audacter obtinuit ausi fuerunt, & Hieronymus Tutor audacter curasse exosas nuptias exad verò festinatis antequam perveniret nova S. Congregationis rescripta, consentiendo, se permettendo denunciations fieri, ut supra post adventum Patrum, quia interim opportunas provisiones superventuras sperabat, ut re ipsa supervenerunt. eorumque virtute in alio Monasterio, & in plena libertate mox constitutum retractasse actus omnes praecedentes gestos qui videbantur extorri metu, & artibus quibus puellae aetas, sexuque circumveniri facile poterat, ut pluries aetate consumpta fuerat, & medio etiam juramento declaraverat, ideoque excludere consensum Matrimonio, qui locum non habet ubi metus, vel coactio intercedit, ut fuit verba in cap. cum locum 14. de spons. & late materiam coram Rota coram Ludovis. decis. 326. per tot.

Ex quibus cum manifestè appareat, ex legali interpretatione verborum, magisque ex intentione Elisabethae exclusus contractus Matrimonii per verba de praesenti, non bene applicatur decisiones sub initium in contrarium allegatae tamquam loquentes in hypothese, in qua ex verbis expressis, nullamque involventibus ambiguitatem, atque ex aliis conjecturis constabat, contrahentes matrimonium de praesenti mutuo, & respectivo consensu facere voluisse, ut cuiusque illas legenti patebit.

Nec validiora visa sunt argumenta desumpta ex praecedenti tractatu, & subsecutis artibus, quia quod attinet ad tractatum respondebatur: Primò illud declarare posse actum dubios, non autem claros, & aperte excludentes consensum matrimonium de praesenti, quo casu nil referre an verba illa profertur ad interrogationem Parochi ex rationibus deductis per Corn. conf. 91. nu. fin. libro tertio. Secundo circumscriptum remansisse per recursum habitos ad S. Congregationem antequam post gestum coram Parocho super denunciationibus faciendis, & ex ceteris contrariis artibus, & Tertio demum Instrumentum personalium expressè loqui de matrimonio faciendo praevius denunciationibus, ideoque bene consonare preparationi matrimonii de futuro, & denunciationibus de quibus loquitur Parochi attestatio.

Reliqui vero actus subsecuti minus aliquid concludunt necum quia commodè referri possunt ad futuras nuptias, Decis. ad Theatr. de Luca Vol. II.

verum etiam quia nullus ex eis actus doceret postquam 18 Elisabetha constituta fuit in plena libertate, ut ostendunt Scribentes pro ipsa. Et ita causa bis proposita, & mature discussa responsum fuit: utraque &c.

R. P. D. PAULUCCIO.

Romanae dissolutionis Matrimonii.

Luna 25. Junii 1685.

ARGUMENTUM.

Impotentia coeundi impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum; probatio impotentiae potest dari triplici modo, ex signis evidentibus, ex verisimilibus, & ex dubiis, primo casu statim dissolvitur matrimonium, secundo casu sic patitur statim dissolutio fed exigitur Juramentum Conjugum septima manu Propinquorum, in tertio vero casu requiritur ulterius triennalis cohabitatio; quando autem haec incipiat, & quando triennalis praescribenda non sit, in his duabus Decisionibus firmatur ad ornatum Disc. IX. Cardin. de Luc. de Matrimo.

SUMMARIUM.

- 1 Ex facto jus oritur.
- 2 Matrimonium omnino est dissolvendum si vir impotens sit.
- 3 Et si impotentia perpetua, & certa sit statim fieri debet dissolutio ad evitanda peccata, nec expectatur triennalis cohabitatio.
- 4 Triennalis cohabitatio incipit à die decreti Judicis quando impedimentum est accidentale, secus si naturale, & perpetuum, quia tunc triennalis non requiritur, & remittitur arbitrio Judicis ad quem brevem terminum denno assignare.
- 5 Impotentia probatur ex confessione viri.
- 6 Quae si sit administrata plene probat.
- 7 Testes etiam domesticus admittuntur ad probandum impotentiam in Judicio dissolutionis matrimonii.
- 8 Impotentia conclusa potest ex relatione Peritorum quibus est Randum.
- 9 Impotentia coeundi probatur ex virginitate Mulieris non obstantibus artibus initis pro consummatione matrimonii.
- 10 Ut mulier virgo sit affirmanda sufficit quod duae obsterices illam cognoverint.
- 11 Juramentum Propinquorum non exigitur pro dissolvendo matrimonio si ex recognitione constat Mulierem virginem esse.
- 12 Minusque requiritur quando de impotentia constat ad evidentiam.
- 13 Impotentia probata dicitur si de illa deponant Periti, licet isti minime referant de ariditate vel defectu membri virilis.
- 14 Impotentia dicitur perpetua si Periti afferant quod arte humana tolli non possit.
- 15 An impotentia arte humana possit removeri statim Judicio Peritorum.
- 16 Periti in affirmanda impotentia coeundi nisi per probabile deponere possunt.
- 17 Matrimonium absque triennali cohabitatio est dissolvendum si impotentia sit perpetua.

DECISIO X.

Quia saepe saepius in vetitum nitimur, votis non respondent eventus, & proprio periculo cogimur expetiri divini repositi veritate, scilicet quod petimus, nec visisse.

Illam recentem confirmantur exemplo Comes Philippus, & Maria de Melchioris, quia adinstar animorum unire corpora fatigentes, licet strictissimo duplici secundi gradus vinculo consanguinitatis detinerentur, dispensatione Apostolica obtenta, Matrimonium contraxerunt, sed Z infen-